Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

VII

Post transitum maris rubri & magnifici secreti mysterii
post choros & tympanas: post trium phalerhymnos
uenitur ad merram. merra autem aqua erat amara
quam populus non poterat plus bibere. Quid ergo post tan
tae & tam magnificae mirabilia ad amaras aquas
& periculum sitis adducit populum? Ait enim, & ue
nerunt filii israel in merram & non poterant bibere aquam
de merra quia amara erat. & propter hoc appellatum est
nomen loci illius amaritudo. Sed quid addit post haec.
Clamauit inquit moyses ad dnm. & ostendit illi dnus
lignum & misit illud in aquam & facta est dulcis
aqua. & ibi inquit posuit illi dis iustitias & iudicia.
ibi ubi amaritudo sitis: ubi sitis & quod e gratius
sitis in abundantia aquarum. Ibi posuit eis dis ius
titias & iudicia. alius non erat locus dignior aptior
uberior. sed iste in quo amaritudo est. Tum praeterea
quod dixit ostendit illi dns & misit illud
in aquam. & facta
est dulcis aqua. Mirum ad
modum est ut dis lignum ostenderit moysi
qd mitteret in aquam & faceret eam dulcem. Quaesi uero
non potuisset sine ligno aquam dulcem efficere dis aut
moyses nesciebat lignum ut dis ei ostenderet.
Sed uidendum est quid decoris in his interior habeat